



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quod Deus non vbi cunq[ue] est habitat, sed è conuerso. B

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

tis naturę sit circūscripta limitib⁹, quomodo quis
audeat creaturā appellare spiritum S. qui non ha- *L. b. & ca. 7.*
bet circūscriptam determinatāque virtutē, quæ *paulo infe-*
& in omnibus, & vbiq; semper est: quod vtiq; di- *nus.*
uinitatis & dominationis est propriū. Idē in eod.
Dominī est omnia complere, qui dicit: Cœlum &
terram ego cōpleo. *S*i ergo Dominus est qui cœlum
cōplet & terrā, quis ergo potest spiritum S. iudica-
re dominationis & diuinæ potestatis exortē, qui
repleuit orbem? & quod pl⁹ est, repleuit & Iesum, *Hieron. 13. d.*
totius mundi redemptorem? Ex his aliisque plu-
ribus authoritatibus a perte monstratur, q; Deus
vbique in omni creatura essentialiter, præsentia-
liter & potentialiter est.

Quod in sanctis non modo est, sed etiam habitat,
qui non vbiunque est habitat.

B

IN sanctis vero etiam habitat, in quibus est per
gratiā: non n̄ vbiunque est, ibi habitat: vbi verò
habitat, ibi est. In solis bonis habitat, qui sunt tē- *Esa. 66. 1.*
plum eius, & sedes eius. Vnde per Esaiam Domin⁹
ait: Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum
pedum meorum, q; a in electis qui sunt cœlum, ha-
bitat De⁹ & regnat, qui eius voluntati deuoti ob-
temperat: malos vero qui sunt in terra, iudicii di-
strictione calcat. Vnde in li. Sapiēt. dicitur: Thro-
nus sapientiæ anima iusti, quia in iustis specialius
est, quam in aliis rebus: in quibus tamen omnib⁹
tōtus est, quemadmodū anima, ait Aug. in episto- *Aug. 10. 2:*
la ad Hieron. de origine animæ, per omnes parti- *epist. 13. non*
culas corporis tota adest simul, nec minor in mi- *logie à prnc.*
norib⁹, nec maior in maioribus: sed tamen in a-
liis intensius, & in aliis remissius operatur, cū in
singulis particulis corporis essentialiter tota sit. I-
ta & Deus cum sit in omnibus essentialiter ac to-
tus, in illis tamen plenius esse dicitur quos inha-
bitat, i. in quib⁹ ita est, vt faciat eos templum suū:
& hi tales cū eo sunt iā ex parte, sed in beatitudine

O 5 . per-

*Ioan. 17. d
T m. 9. tra-
datae. III.
ad c. 13. Ioā.*

perfectè. Malí vero, et si ibi sint vbi ipse est, qui nūl
quam deest, non tamen sunt cum eo. Vnde Augu-
stinus super Ioannem. Non satis fuit dicere: Vbi e-
go sum, & illi sint: sed addidit, mecum: quia & ibi mi-
seri possunt esse vbi & ille est, qui nūl quā deest. Sed
beati sunt cum illo, quia non sunt beati nisi ex eo
q̄ cum illo sunt: qui fruuntur eo, & vident illum
sicut eſt. Malí vero nō sunt cum illo: vt cęci in luce
non sunt cū luce: nec boni ita nūl sunt cum eo vi-
videat per speciem, et si sunt aliquo modo cum eo
per fidem. Quomodo autem Deus habitet in bo-
nis, ex illis aliquatenus intelligere valebis, quæ su-
pra dicta suat, cum de spiritus sancti p̄cessione rē-
porali ageretur: vbi licet ex parte, exponitur (ex
parte n. cognoscimus, & ex parte prophetamus)
q̄modo spiritus sanctus habitet in nobis, qui non
sine patre & filio inhabitat.

*Vbi erat vel habitabat Deus antequam esset
creatura.*

*Aug ea. 27.
Tomo. 6.*

Si autem queris, vbi habitabat Deus antequā
sancti essent? Dicimus quia in se inhabitabat. Vn-
de Aug. in li. 3. cōtra Maximin. in templo, inquit,
suo habitat Deus, scil. in sanctis qui sunt templū
Dei, modo secundum fidē ambulantes: & templū
Dei erunt aliquando secundū specie, qualiter et-
iā nūl templum Dei sunt angeli. Sed dice aliquid:
Antequā faceret Deus cōclum & terram, antequā
faceret sanctos, vbi habitabat? In se habitabat Deus:
apud te habitat, & apud se est. Non ergo sancti sic
sunt domus Dei, vt ea subiecta cadat Deus. Imo
sic habitat Deus in sanctis vt si ipse discesserit, cadat!

*Multa hic breuiter docet quae confirmant
prædicta.*

*Tom. 2. epi.
57. ad Dardanum.*

Sciendum est etiam, quia vt ait Augustinus in
lib. ad Dardanum. Dici nisi stultissime nequit, spi-
ritum sanctum nō habere locum in nostro corpo-
re, quod totū anima nostra impleuerit. Stulti dī-
citur